UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XLIX. Der Schweden erste Friedens-Proposition in einem Schreiben an die Kayserliche Abgesandte; Formalia desselben.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1644. Nov. Der Neunte iſt den alliancen und confœderationen, Treu und Glauben und der Billigkeit gemäß, und weil es lauter Evangeliſche Stände, ſo bey dem gemeinen Weſen getreulich cooperiret, betrifft, Ihre Churfürſtliche Durchlauchten auch ſelbſt ein ſo hohes Intereſſe bey derſelben conſervation haben, kan er mit Recht und Billigkeit nicht abgeſchlagen werden. Sonſten und wann dieſe dahin und verlaſſen, dürffte der Reihen andere mit der Zeit auch leicht erreichen. 1644. Nov.

Der Zehende iſt, wie er proponiret, an ſich ſelbſten recht und billig, ob aber Tractaten beliebet, ſtehet dahin, der Königliche Ambaſſadeur, ſo zur Stelle, berichtet, daß noch weder Tag oder Ort beſtimmet.

Der Eilffte zu künfftiger fernern Abrede und Vergleichung.

Der Zwölffte hat beym Erſten, Andern, Dritten, und Fünfften ſeine Erledigung.

Der Dreyzehende, wann er die Stücke und munition betrifft, iſt richtig.

Der Vierzehende und Funffzehende ſtehen zu gütlicher Vergleichung.

Bey dem Sechzehenden hat man nichts zu erinnern.

Sonſten in allem übrigen wollen, in Nahmen und von wegen der Königlichen Majeſtät und Cron Schweden, Ihre Excellenz ſich aller ohnverweißlichen Gebühr bezeigen. Signatum Wißmar den 21. Octobris 1635.

§. XLIX.

Der Schweden erſte Friedens-Propoſition, in einem Schreiben an die Kayſerliche Abgeſandte.

Die Schweden nahmen dieſen Vortrag zur deliberation an, und hielten davor, daß ihnen gleich viel gelten könnte, ob die vorhin gepflogene Tractaten reaſſumiret, oder gantz neue Propoſitiones vorgetragen würden, wann man nur jene, nach den jetzigen Umſtänden, weil ſich doch mitlerzeit der ſtatus rerum ſehr geändert hätte, einrichtete. Sie ſagten auch, daß ſie ſelbſt ihre Propoſition ſchrifftlich ausſtellen wollten. Welches auch am 6. Nov. geſchahe, da ſie folgenden ſchrifftlichen Aufſatz, der aber vornehmlich auf die convocationem Statuum gerichtet war, ſtatt der erſten Propoſition, durch den Schwediſchen Legations-Secretarium Mylonium, den Kayſerlichen Geſandten zuſchickten:

Formalia derſelben.

Illuſtriſſimi Domini.

Abſolutis per Dei gratiam Præparatoriis Pacis, & Plenipotentiis hinc inde commutatis, cum ipſa Pacis negotiatio jam tandem inchoari debeat, poſt invocatum Divini Numinis auxilium, ut cuncta feliciter cedant, id inprimis tam ad omnimodam Præliminarium conſummationem, quam actionem principalem, tum debite fundandam, tum majori cum facilitate maturandam, neceſſario requiritur, ut, ſive per ſe, ſive per ſuos Mandatarios, adſint Imperii Status, Electores, Principes, Civitates. Sicut enim ea præcipue de cauſa hactenus tanti temporis bellum ſuſtinere, & tam diuturna lentorum Præliminarium faſtidia exhaurire, neceſſum fuerat, ut hæc Ordinibus facultas ſalva maneret, ita jam absque iis de Pace nihil vel jure agi, vel cum ſperatæ ſecuritatis effectu ſtatui poteſt. Etſi vero Cæſarea Majeſtas, dato tandem univerſis & ſingulis generali Salvo Conductu, jam dudum conſenſerit, ut libere ſecureque veniant vel mittant: Quia tamen ſuper eo conſenſu, præter binos, nemo adhuc comparuit; explicatiori Suæ Majeſtatis ſententia, adeoque impulſu opus eſt, ut confidentius citiusque approperent. Ante omnia igitur id loco primæ Propoſitionis poſtulamus, ut cum E. E. V. V. tum ipſa Cæſarea Majeſtas eos, ut ſe absque ulteriori mora ſiſtant, efficaciter moneant & adhortentur. Quod ſi inſuper placuerit E. E. V. V. id, quod per Decanum dici fecerant, ſcripto nobis exhibere, nimirum (ſi recte percepimus) ſibi non incongruum videri, ut ea, quæ Anno 1635. inter Regni Sueciæ Cancellarium & Electorem Saxoniæ agitata ſunt, reaſſumantur, etiam mentem noſtram de materia tractandorum ulterius aperiemus. Quamprimum vero Ordines advenerint, pa-

1644. Nov. rati erimus ad rem ipſam aggrediendum eaque facilitate tractandum, ut omnibus conſtet, nihil eorum, quæ ad univerſi Imperii Pacem omni ex parte æquam, tutam, decoram maturandum conducere poterunt, a nobis omiſſum eſſe: idem nobis de Excell. V. V. indubie promittentes. Quas hiſce de cetero divinæ protectioni commendamus. Oſnabrugæ d. 27. Nov. Anno 1644. 1644. Nov.

J. A. Oxenſtierna. *J. A. Salvius.*

§. L.

Die Schweden communiciren ihre Propoſition an den Reichs-Deputations-Convent, und excitiren die Status nochmahls zum Congreſs.

Damit auch ſie, die Schweden, ihres Zwecks, die Reichs-Stände auf den Congreſs zu bringen, deſto weniger verfehlen möchten, indem ſie muthmaſſeten, daß ſchwehrlich die Kayſerliche Geſandten dieſelbe, durch Circularien, dazu einladen würden; ſo communicirten ſie, ſolche ihre erſte Propoſition, an den Reichs-Deputations-Convent zu Franckfurth, durch nachgeſetztes Schreiben, N. I. und legten zugleich, ſub N. II. dasjenige Schreiben nochmahl mit bey, welches ſie, die Schweden, an ſelbigen Convent, ſub $\frac{4}{14}$. Oct. letzthin erlaſſen hatten, welches ihnen aber von Franckfurth, unterbrochen wieder zurück geſchicket worden war:

N. I.

N. I. Der Schwediſchen Geſandten erſteres Schreiben an den Reichs-Deputations-Convent zu Franckfurth.

Illuſtres, Generoſi, Magnifici, Nobiliſſimi & Conſultiſſimi.

Si eſt aliquod fatum Imperiorum, multi certe putant, vel fato regi, vel fatis deſtinari Germaniam. Omnes Status bellum execrantur; omnes Pacem inclamant: pauciſſimi aut media Pacis promovent, aut removent obſtacula. Atque utinam non plures bella ex bellis ſererent, inteſtina externis aggravantes. Alter annus agitur, ex quo, univerſi & ſinguli quorum intereſt, Oſnabrugis & Monaſterii, pro ſtatuenda Pace comparere debuerant. Exteri fere omnes, e locis etiam diſſitis, mature comparuêre. Germanorum ipſorum, licet & proximi ſint, & eorum præcipue interſit, adhuc dum nemo. Bini Electores hic, bini Monaſterii, adfuturi jamdudum promittebantur: adhuc tamen nemo venit. Pro cæteris Ordinibus, tam Auguſtanæ Confeſſionis, quam Romanæ Religionis, fœderata Regna, per annos ſeptem, tractatu armisque laborarunt, ut ad hunc diem convenienti Salvo Conductu munirentur. Muniti ſunt, ut tuto convenire, & intereſſe ac negocia ſua qualiacunque hic ſecure peragere poſſint: nemo tamen adhuc comparet! Interim Germania ruit ad exitium! Si Patriæ Patres non majori ejus cura aut commiſeratione tanguntur: ſi Columnæ Imperii tantopere cunctantur ruinoſæ compagis minas ſuffulcire: ſi Status & Ordines ipſi ſusque deque habent, ordo an confuſio regnet, ſtet vel cadat Reſpublica! Quid tandem ab exteris ſperari debet, cernentibus non ſolum omnes amicitiæ & reſtaurationis oblatæ vias rationesque ſperni, ſed & ſibi, pro gratia, moram culpamque protracti Tractatus falſo a quibusdam imputari? Quod ſi contra Imperatorem aut Imperium a Fœderatis evocarentur in campum aliquem Martium; nemo renuentium conſtantiam tantopere miraretur. Nunc cum ad legitima Majeſtatis decora, authoritatem Comitiorum, propriam libertatem, amicitiam finitimorum, & in ſumma, ad priſtinam pacandæ Patriæ felicitatem ſtabiliendam, tam frequenter & amice invitentur: cum videant manifeſte, non armis, ſed amico Tractatu, miſeriarum finem aut modum ſperari poſſe vel debere, mirari profecto ſubit, quid eos tamdiu moretur! Neque enim credere poſſumus, eos

ſibi